

Alte Drucke

Exercitatio Academica Ex Theologia Naturali De Potentia Dei

**Greißing, Valentin von
Werther, Johannes Nicolaus**

Wittebergae, 1678

VD17 14:066812T

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:obv:ha33-1-174478

18
EXERCITATIO ACADEMICA
Ex
THEOLOGIA NATURALI
De
POTENTIA DEI,

QVAM
In Illustri Electorali ad Albim Academia
PRÆSIDE

VIRO Præclarissimo atq; Doctissimo

DN. M. VALENTINO
GREISSING,

Coronensi Transylvano, ac Sereniss. Elect.
Saxon. Alumno.

Placidæ Φιλοσοφῶντων disquisitioni
subjicit

RESPONDENS

JOHANNES NICOL. WERTHER,


Rackithæ Saxo, Sereniss. Elect. Saxon. Alumn.

Ad diem XXIV. Aprilis.

ANNO 1678.

IN AUDITORIO VETERI

Horis consuetis.



WITTEBERGÆ,
Literis JOHANNIS WILCKII.

ACADEMIA

EX

THEOLOGIA NATURALI

D.

POTENTIA DEI

Q. M.

In Illustre Consilium ad Almam Academiam

PRÆSIDIO

VIRI PRÆCIPUI ET DOCTISSIMI

DR. M. VALENTINO

GREISING

Coronatus Transylvano, ac Sacens. Elec.

Saxon. Alumnus.

Harvardi in America

1840

RESPONDENS

JOHANNES NICOL. WERTHER

Racibitz Saxo, Sacens. Elec. Saxon. Alumnus.

Al. d. d. 1777. 1840.

1840 1848

In Auditorio P. 1777

Horis confectis.

1840 1848

WITTEBERG.

THE JOHANNIS WILC. KIL.



Isputaturis de POTENTIA DEI, opportunè in mentem venit, quod Lactantius 2. refert de Tarquinio, hunc, postquam in Capitolio recens exstructo multitudini Deorum sacella consecrata essent, consuluisse Deos per auguria, utrum Jovi cedere vellent?

2. lib. 1. C. 20.

Atque cedentibus cæteris, solum TERMINUM mansisse. Quo ipso innuitur, quàm impotens fuerit Jovis (summi alioquin apud Ethnicos Dei) potentia, cui ne lapis quidem cedere voluit. Longè perfectior majori pollet potentia Deus verus, Creator cæli & terræ, cui non tantum TERMINUS cedit, sed & omnium populorum fines sunt subditi, teste Doctore gentium. β. In quo εὐμοῖναι 2. 50. omnes omnino hactenus convenère, adeò, ut nemo Deum conceperit, vel coluerit, quem non potentem simul agnoverit. Neque verò id tantum de Christianis asserendum; Sed & de ipsa Gentilium turba: Quemadmodum vel ex unico Vergilio γ. abundè constare potest, dum de Dei omnipotentia sequenti modo canit:

β. Aët. 17. 26.

γ. lib. 1.
Æneid.

Sed Pater Omnipotens speluncis abdidit atris.

Expressius paulò loquitur Stagiritēs δ. τὰ πάντα καὶ ἐν ὧν οὐκ ἔστι θεὸς ἀποδείκνυται h. e. Sic de Deo oportet existimare, ut, si potentiam spectes, sit potentissimus. Id nihilominus hodie inter quosdam occurrit discriminis, quod Dei potentiam plus justo coarctent, restringantque, ita, ut super communem naturæ cursum vix aliquid ipsum operari posse largiantur. Nominatim hic notandus est error Calvini, s. qui nimis impudenter negat, Deum posse facere, ut corpus unum sit in pluribus locis. Cum quo colludit Beza & Daniel Chamior, n. & alii. De quibus quid sit statuendum ex mox dicendis plenius constabit.

δ. lib. 12. Met.
C. 2. & lib. de
Mund. C. 6.

ε. lib. 4. inst.
C. 17. n. 47.
ζ. Part. 1.
Resp. ad Aët.
Colloq. Mompelg. p. 44.
η. Tom. 2. lib.
2. C. 1.

Tu Deus Omnipotens clementer perfice cœpta!

SECTIO I. ÆTHIKÆ.

Θέσις Ι.

Potentia Dei est, quâ is potens atq; sufficiens est, omne id, quod rationem possibilitatis habet, producere, virtute indivisibili, infinitâ, atq; irresistibili.

Εκθεσις.

§. 1.

Potentiam à *τῶ* *Ποττε* suam habere originem, cuius in aprico est positum. Modò id observes, *τὸ ποττε* accipi vel late & indeterminatè, quatenus omnem potentiam, siue finita ea sit, siue infinita, siue Activa, siue Passiva &c. sub se comprehendit. Sic lignum c. gr. dicitur posse comburi, aqua calefieri: vel strictius & determinatè, prout notat potentiam merè activam, remotà omni prorsus passione. Et hoc, non illo sensu h. l. accipitur.

§. 2. Atq; hinc Philosophi distinguunt ex Aristotele 9 potentiam in Activam & Passivam (Esse autem hanc distinctionem veram & sufficientem, probant Jac. Martini & Dn. D. Calovius & Spenglerus &c., quicquid alias Arnisaus de *Resistiva* mediante statuat) *Hec dicitur esse Philosopho u. principium transmutationis ab altero, aut quatenus alterum est: Illa principium transmutationis in altero, aut prout alterum est.* Cum v. transmutandi vocabulum potentia divina competere minimè possit, rectius multò Dn. D. Calovius v. *potentiam Activam* definit per vim *agendi in aliud, in quantum aliud*, cum hac tamen cautelâ, ut *in aliud* laxius paulò acceptum extendat sese etiam ad negativum. Sic potentia creandi agit in aliud, dum in non Ens. agit. Quæritur in præsentî de Activa, non Passiva Potentia. Confer Problema 2.

§. 3. Quod tamen non de quavis Activâ promiscuè est capi-
endum. Etenim (1) accuratè distinguendum est inter potentiam
Activam *Finitam* & *Infinitam*. Illa est propria Creaturarum, &
subdividitur in *Naturalem*, quæ Philosopho ξ . dicitur $\alpha\lambda\omicron\gamma$ &
sive irrationalis, & in *Rationalem*, quæ eidem est $\lambda\omicron\gamma\omicron\upsilon\epsilon\chi\theta\sigma\iota$.
Hæc est solius Dei, quia quæle est Ens, talis etiam operatio & po-
tentia ejus, juxta Canonem: *Quantum quidvis habet essentia,*
tantum etiam habet potentia. Confer Probl. 1.

§.4. Præterea

S. 5. Mer. c. 12.

6. Exerc. Met.
lib. 1. pag. 106.
et. partit.

Met p. 974.

*n. Met. Divin.
pag. m. 362.*

λ. in Exerc.

Met. p. 157.

367. 5 seq.

u. lib. d. Met.

τ. 12. v. l. d. p.

m. 363.

ξ. lib. 9. Mes.

52

§. 4. Præterea observant Theologi pariter atq; Philo-
phi, Potentiam Dei infinitam posse dici duplici modo, *extensivè*
videlicet, & *intensivè*. Illo modo dicitur infinita ratione objecti,
quia sese ad omnia possibilia in infinitum conceptibilia ex-
tendit, seu (ut ex Becano o. B. Müller & loqui amat) quia non pro-
ducit tot effectus, quin possit plures producere: hoc modo infinita
appellatur ratione modi agendi, quia in se infinita est perfectio-
nis, seu (ut ex Becano g. iterum Müllerus & loquitur) quia non
operatur tam perfecte, quin possit perfectius operari.

§. 5. Ex dictis facillè constabit, cur Potentiam, de qua hoc
loco sermo est, in Thesi *Potentiam Dei* appellemus; nimirum
ita dicitur partim *sensu positivo*, quia Deo competit: partim
etiam *sensu exclusivo*, quod soli Deo competat. Hinc *Solipotentia*
B. Dorscheo τ. dicitur. Quando igitur nomen *Regis Regum*, &
Domini dominantium, Dario Persarum Regi, vel alii etiam attri-
bui legimus, illud saltem sit vel *hyperbolicè*, ex vana potentia &
majestatis persuasione: vel *Synecdochicè*, comparatione facta
cum reliquis Regibus. Unde rectè observat B. Dorscheo v. errare
Veteres & recentiores Arianos, qui titulum *Regis regum*, & *Do-
mini dominantium* absolutè & propriè alicui meræ Creaturæ
tribui posse contendunt.

§. 6. Ut verò emphasis & natura termini Complexi (po-
tentia Dei) tantò magis pateat, non abs re fuerit, Synonymiam
quoq; pro ratione instituti expendere. Vocatur autem aliàs &
cum addito *Potentia infinita*, per paulò ante dicta: quæ ipsa
etiam uno nomine usitatissimè Eruditiss aadit *Omnipotentia*,
etiam uno nomine usitatissimè Eruditiss aadit *Omnipotentia*,
relatà particulà universali *omnis*, non ad Potentiam, ut *Omnipotentia* idem sit, ac *Omnipotencia* (sic enim includeret & Potentiam Receptivam, contra ea, quæ dicta sunt in §. 2.) sed ad ob-
jectum Potentiæ divinæ, ut *Omnipotencia* idem sit, ac Potentia,
quæ Deus omnia absolutè possibilia efficere potest. Quid Smi-
gnatus in contrarium afferat, vide infra examinatum in Proble-
mate; Græco nomine appellatur B. Chemnitio x. *παντοκρατορία*
juxta Matthæum ψ. item *παντογαστρία* juxta Græcos Inter-
pretēs; Neq; errabis, si *παντοδυναμία* appelles, ex libro Sapientiæ
v. vel Symbolo Athanasii. Hinc fortè B. Kromayerus a. &
Scheiblerus

o. Theol.
Schol. P. 1.
c. 17.
τ. Theol.
Schol. p. m.
244.
p. l. c.
g. l. c.
τ. Pendadec.
Prelim. con-
sid. Theol. p. 11
u. l. c. p. 15.

Q. Dissp. Th.
eol. Tr. 3.
Disp. 7 p. 83.
a.
x. de duabus
naturis in
Christo. &c.
p. 135. a.
ψ. Cap. 28. v.
18.
ω. Cap. 7. v. 11.
& 18.
a. Theol. pos.
Pol. p. 144.

B. Met lib. 2.
p. 110. & 111.
y. in Explic.
Dilei Matth
28. v. 18.

Schegublerus B. Vocabula Potentiz & Potestatis hoc loco non
miscuè usurpant, quicquid in contrarium urgeat Beza y. prolixè
disputans, non idem esse ἐξουσία, καὶ δύναμις Potestatem & Po-
tentiam, atq; idè omnem quidem potestatem, non autem om-
nem potentiam Christo in tempore datam. Etenim tametsi lar-
giamur in Politicis Potestatem & Potentiam differre, ut hæc si-
gnificet præcisè vim agendi, illa importet jus & licentiam: (sic
quivis habet potestatem vim vi repellendi, sed non quivis pollet
etiam potentiâ id præstandi, propter virium defectum) tamen
voces istæ interdum etiam sumuntur promiscuè & pro æqui-
pollentibus, non tantum in Metaphysicis, ubi perinde est, dixisse
sive *Ens potestate*, sive *Ens potentia*: Sed etiam in Theologicis, uti
à nostratibus satis est evidum. De Hebrais & Rabbinis usitatis
nominibus æquipollentibus, uti parum ad nos spectant, ita pa-
rum quoq; sumus solliciti. Videatur interim Buxtorffius. d.

g. in Lex. He-
braico &
Chald. p. 140
& 776.

§. 7. Vidimus Οἰονατολογία: Nunc evolvenda sequitur
περὶ δυνατολογία. quæ, ut notū est, communiter absolvitur Con-
ceptu Contrahibili, & Contrahente: nos tamen in præsentī
exemplo nonnullorum omisimus Conceptum priorem, libe-
rum cuius relinquentes, sive substituatur loco Generis cum B.
Scharffio e. *attributum ἐνεργητικόν*, h. e. *operativum*, sive cum Dno.
Rudrauff §. *principium producendi vel agendi* Utrumq; satis con-
gruè pro imbecillitate nostri intellectus. Et quidem (1) *attributum*
appellatur, quia Omnipotentia est Conceptus inadæquatus,
essentiam divinam secundum nostrum intelligendi ordinem
proximè consequens, eamq; transcendentaliter atq; reciprocè
denominans: [2] *Ενεργητικόν* in oppositione ad αὐτεργητικόν non
operativa, quia ita divinæ convenit essentiz, ut non tantum in
ea maneat, sed etiam ad extra sese exerat & manifestet: [3] *prin-*
cipium vocatur partim respectu essentiz divinæ, à qua differt (non
realiter, sed ratione saltem & formaliter) & cui ab intellectu
nostro superadditur, partim respectu effectus & executionis,
quæ ab illius exercitio provenit: Estq; (4) Activum in oppositi-
one imprimis ad passivum sive subjectivum principium.

g. Pneum. p.
195.
§. Triga Dis-
sert. p. 2.

§. 8. Conceptus Contrahens petitus est partim ab *objecto*, partim
à *qualitate Virtutis*. De Objecto in thesi seq. prolixè agemus:
Qualitas

Qualitas verò exponitur verbis ultimis thescoꝝ, dum dicitur, virtus esse indivisibilis, infinita atq; irresistibilis. Ratio illius patet, quia à parte rei est ipsa simplicissima essentia divina; non obstante, quod potentia divina ad plura referatur objecta. *Infinita* dicitur per supra dicta. *Irresistibilis* vocatur, quia nihil, quod quidcū rationem facilitatis habet, resistere potest potentia divina, quin imò superat omnes alias potentias, & longo intervallo post se relinquit.

§. II.

Potentia Dei objectum Positivum est omne id, quod rationem possibilitatis habet, aut id, quod non includit repugnantiam & imperfectionem.

Ex Deo

§. 1. Objectum hoc loco dicitur, circa quod aliquid occupatur; unde *subjectum occupationis* aliàs dictum. Sic sensilia sunt objecta sensuum, corium objectum Sutoris. Vocatur *Positivum*, in oppositione ad negativum. De quo in thesi seq.

§. 2. Interim observes, sermonem nobis esse de objecto non *inadequato*, sed *adequato*, quod nempe est æquale potentia, ita ut circa omne id, quod sub eo continetur, possit potentia actum suum exercere, & omne id, circa quod potentia suum actum exercere potest, sub ea contineatur.

§. 3. Cœterum *Possibile*, si nomen species, notat id, quod fieri vel esse potest: sicuti visibile, quod videri, sensibile, quod sentiri potest, dicitur. Quia rem ipsam autem observes (1) ex Domin. de Flandria n. *Possibile* sumi vel in oppositione ad impossibile tantum, quo sensu præter Creaturas actu existentes etiam Deus est dicendus *Possibile* quid; vocaturq; Scholasticis aliàs *Possibile altum*: vel in oppositione ad impossibile & necessarium simul, quo sensu idem est ac contingens, & aliàs *Possibile non necessarium*, sive *causabile* Scholasticis appellatur. Sermo est hoc loco de posteriori, non priori, quia Deus non potest esse suæ potentia objectum, utpote quæ à parte rei cum Deo identificatur.

n. lib. 9. Met.
quest. 3.

§. 4. Cave tamen (2) ne confundas *Possibile* ut sic cum Contingente,

6. lib. 1. prior. *Contingente*, utut Philosophus 9. eodem ferè modo ac *Possibile* 1. c. 12. descriperit. Nam Deus, quem *Possibile* quid esse, paulo ante

1. lib. 9. Met. diximus, Contingens certe minime est, quicquid contradicat

C. 3. Amonius x; Possibile nomine solum a Contingente differre: Quem

x. in princ. tamen excusat Dn. D. Scherzerus l. quod alibi fateatur, absolute

part. 4. lib. possibile latius patere, quam quod proprie contingens est.

ἡ ἀπορία ἐστὶν §. 5. (3.) observabis Possibile aliquid ratione potentiae di-

λ. Brev. Ev- vine esse posse vel immediate vel mediate. Sermo est de utroq;

stack. f. Phil. sub disjunctione tamen Unde facilis est responlio ad objectio-

in Cer. p. 637. nem Timpleri μ . Deum non posse generare, informare materi-

am, ambulare, edere, Ergo non omnia possibilia cadere sub po-
tentiam Dei. Nam licet Deus immediate non possit generare, in-

lib. 5. Met. formare materiam. &c. propter summam suam perfectionem

C. 7. *quest. 10.* potest tamen hoc & similia *mediate* præstare, mediātibz scilicet

causis secundis. vel (ut B. Müller v. loquitur) mediante verbo

facere. Potest enim Deus facere generare, ambulare &c. h. e. ut

• Theol. *jacere. Pater enim Deus latere genitum, ambulare &c. in a
homo generet, ambulet &c.*

Schol. p. m. §. 6. (4) Sufficit ad Possibile, actu non includere duo

254. contradictoria. Quod observandum est contra Aristotelem §

lib. 9. Met. Arriagam o. & alios, explicantes Possibilitatem per existentiam

C. 3. Ita enim Arriaga π. Possibilitas, inquit, non est explicanda per

negationem Contradictoriarum independenter ab existentia, sec

subject. 4. n. per illam suppositâ existentia, ut conditione; Sed nos contra asse

rimus, omne, quod habere rationem Entis potest, h. e. quod exi-

187. 14. 2. *ifere non repugnat, sub possibili hoc loco comprehendi. Nec*

obstat (salva cujusdam Magni Viri autoritate) Ens Rationis de
 se rationem non includere duo contradi. 8oria. quia non est

facto etiam non includere duo contradictoria, quia non est
cred tamen prout est possibile Ens non est. Respondemus e-

quod tamen propterea possibile Ens non est. Respondemus e-
nim, Ens Rationis posse considerari, vel ut est Ens merè negati-

num, ens rationis posse concludari, vel ut est Ens mere negati-
uum, quod non tantum non existit, sed & existere repugnat: vel

ut includit tale, quod quidem non existit, nec existet unquam.

existere tamen non repugnat. Atq; hoc posteriori sensu nil

impedit, Ens rationis dicere possibile.

§. 7. De cætero committitur autem Contradictio, quan-

do nim. Ens simpliciter non-Enti opponitur, h. e. quando in

codex

eodem implicatur & esse & non esse simul. Unde contradictoria nullo modo simul possunt esse vera, ut adeò B. Jac. Martini *p. Exerc. Met. lib. I. Exerc. 14. p. 454.* rectè nolet illos, qui duo extremè opposita contradictionis membra consociari posse affirmant, simulq; vera aut falsa esse posse audacter asseverant. Ubi tamen accuratè distingvendum inter contradictionem *Veram & Apparentem*. Hæc est, juxta quam quis ex prava intellectus dispositione aliquid censet contradictorium aut impossibile Deo, quod tamen minimè est. Illa est, quæ verè negatur & evertitur essentia, quod intelligendum est tum ratione rei factibilis sive objecti, circa quod potentia divina occupatur, tum respectu ipsius facientis sive potentiae divinae, tum respectu utriusq;. Vide hæc accuratè exponentem *σ. Pneum. p. 458.* Dnum. L. Meierum *σ. Patrum* singulariter devenerandum.

§. 8. Ex hætenus dictis patet, Deum posse (1) plura alia facere, quàm actu fecit; ideoq; (2) plures etiam mundos creare, &c. quæ specialius diducta vide in Sectione Problematica.

§. III.

Objectum Negativum est quodvis absolutè impossibile.

Ex Jo. 1.

§. 1. Vocatur *Negativum*, in oppositione ad *Positivum*. Quemadmodum enim hoc dicit, quid à Deo fieri potest: ita illud contrà dicit, quid à Deo fieri non potest. Patet autem ratio Theos, quia omnis potentia extendit se ad id, quod per eam potest actuari: Impossibile autem nullo modo potest actuari, quippe excludit omnem rationem factibilitatis. Huc facit, quod Schalius *τ* dicit: *Quæ impossibilia sunt, sub nullius potentia ob-* *τ. Reg. Phil. p. 56. 57.* *jecto continentur. Si enim sub aliquam potentiam caderent, hoc ipso jam essent possibilia & non possibilia, quæ manifesta est contradictio.*

§. 2. Cùm verò *Impossibile* melius dividendo, quàm definiendo explicari possit, juxta Dnum. D. Scherzerum *v.*, observandum (1) ex Domin. de Flandria *φ. Impossibile* aliquid dici (1) *secundum seipsum*, sive ratione discohærentiæ terminorum, quod implicat affirmationem & negationem simultaneam, *v. gr.* hominem esse irrationalem, Deum esse finitum: (2) *respectu po-* *v. Dissert. Met. de Possibil. & Ente Potent. tb 10. φ. lib. 5. Met. quest. 13. d. 4.* *tentia*

B

tentia intrinsecè, quod propter defectum potentia ipsius ex se ipsa fieri nequit, v. gr. hominem volare: 3.) *respectu potentia extrinsecè*, quando potentia ab extrinseco aliquo ligatur vel impeditur, v. gr. lignum viride urere. Sermo nobis est in Thesi de primo impossibilitatis modo, qui cū implicet contradictionem, esse & non esse, de Deo, perfectissimo Ente, asserti nequit; Aliàs verò impossibilia secundo & tertio modo Deus omnino facere potest, pro ea, quā pollet infinita potentia. Eodem ferè sensu alii distinguunt inter Impossibile *absolutè* & *alteri*, item B. Mul-

X. l. c. p. 260. ler X. inter impossibile *natura* & *natura*.

§. 3. Observandum (2) Impossibilia alia esse ex parte sua, alia ex parte agentis, alia ex parte utriusq;. *Illa* involvunt repugnantiam in sua essentia: *Ista* tamen suā naturā non sint impossibilia, tamen quoad productionem immediatam, imperfectionem, adeoq; repugnantiam etiam, in Deo important. Dixi *immediatam*, respiciens np. ad §. 5. thes. præced. ubi dictum, Deum ejusmodi producere mediantibus causis secundis. *Hæc* repugnantia essentia & Dei & objecti simul.

§. 4. Ex dictis colligo sequentia Porismata: (1) Deus nequit facere, ut factum sit infectum, præteritum non præteritum. [2] nequit facere hominem, qui non sit animal rationale, aut canem, qui non sit animal irrationale. (3) non potest falli. [4] non potest peccare, mentiri, &c. Quæ iterum specialius diducta vide in Sectione Problematica.

Tit. IV.

Potentia Dei distinguitur in Absolutam & Actualem.

Expos.

§. 1. Equidem communiter distinguunt Potentiam in *Ordinatam* & *Absolutam* sive *Extraordinariam*. Sed verò illi aut habent pro synonymis *Absolutam* & *Extraordinariam* potentiam, aut non habent. Si prius, dupliciter peccant, partim quod confundant distinctissima, de quo infra ψ. eartim quod ponant divisionem non adæquatam suo diviso; De pām *Ordinaria* & *Extraordinaria* Dei potentia est *Actualis*: Nus autem plura potest,

ψ. thes. 2. §.

est, quàm vult agere & agit. Si posterius asserendum, tum non sit sufficiens enumeratio partium dividendium, quippe *extraordinaria* omittitur.

§. 2. De cætero tamen Potentia divina in se & sua natura sit simplicissima & maximè una, quia identificatur cum essentia, quæ simpliciter est una: admittit tamen distinctionem ratione nostri, ac pro diverso agendi modo, quem Deus in executione suæ potentia servare vel posset, vel actu servat.

§. V.

Potentia Dei Absoluta dicitur, quâ is omnia potest, quæ vel lepotest, & plura potest, quàm vel vult, vel facit. Sic posset facere, καὶ μὴ λον ingredi per foramen acus, juxta Matth. 23.

ω. cap. 19. v.
24.

Expositio.

§. 1. Ratio thesæos fundatur in infinita Dei potentia, idè; non limitata ad aliquod Entis genus. Atq; hinc Absoluta nobis dicitur, quòd sit ab actu soluta, h. e. juxta quàm Deus potest agere, at non agit, quia Deus non vult agere.

§. 2. Quare vehementer errat Calvinus α. dum ait: *Commentum illud de absoluta potentia Dei, quod Scholastici invexerunt, α. l. 2. instit. profanam, detestandam & execrandam blasphemiam esse. Quo c. 7. §. 5. & l. 3. c. 23. §. 2. & ad cap. 23. Esai.*

§. VI.

Potentia Dei Actualis est vel Ordinaria vel Extraordinaria.

§. VII.

Ordinaria dicitur, quâ Deus agere potest, & de facto agit secundum ordinem & leges liberè à se statutas. Sic Deus ex vite uvas, ex ave avem, ex commixtione seminis humani per congressum maris & foeminæ hominem producere & potest & solet.

β. in thes. cathol. Art. 3.
γ. in nova effig. Calvini spectac. 2.
blasph. 1. cor. 11. p. 41.

Extraordinaria dicitur, quâ præter & supra communem ordinem agit. Sic Deus coram Ezechia Rege umbram solis reduxit per decem lineas d. item stare fecit Solem & Lunam &c. &c.

d. 2. Reg. 20.
v. 9. & Esf. 38.
v. 8.
& Job. 10. v.
13.

"Εξήγησης.

§. Solent non pauci *Absolutam* Potentiam, *Extraordinariam*, item *Inordinatam* pro Synonymis habere, sed non satis bene. Ratio prioris patet, quia Absoluta respicit ea, quæ Deus potest agere, at non agit de facto. Extraordinaria autem extendit sese ad ea, quæ actu contingunt. Ultima verò (nempe inordinata) imperfectionem in Deo importat. Nam licet rectè dicamus Deum præter & supra communem ordinem agere: minùs tamen rectè dicimus, Deum inordinatè agere. Deus enim semper & immutabiliter habet potentiam ordinatam, prout nempe ejus ordinatio mutari non potest.

SECTIO II.

ΠΡΟΒΛΗΜΑΤΙΚΗ.

Problema I.

An Potentiam in Deo dari, possit cognosci ex lumine naturæ?

Affirm.

Εξήγησης.

§. in 1. Thom.
q. 25. A. 3.
p. 352. b.

§. 1. Hic diversimodè sentiunt Scholastici. Vid. Molina &c. Nos cum sanioribus Philosophis statuimus, potentiam dari in Deo, probari posse sequenti ratione: Qualiter scilicet Deus habet in essendo, taliter sese habet in operando. Sed Deus sese habet in essendo infinitè & illimitatè. E. Major est evidens, quia modus operandi sequitur modum essendi. Minor prob. Quicumq; simpliciter est independens, ille quoq; infinitus est in essendo. Sed Deus &c. E. Major ex terminis nota est. Quia independentem esse, & ab aliquo essentiaæ fines accipere, implicat. Minor itidem constat. Quia nomine Dei inter alia talem omnes naturam intelligunt, quæ est independens ab omnibus, ab ipsa verò dependent omnia: Uti id observatum à nobis alibi est.

§. 3. Probatis ita Præmissis argumenti generalis, inde porro ita argumentamur: Quicumq; est infinitus in operando, is quoq; infinitam habet potentiam, h. e. efficere potest, quicquid
non

non involvit contradictionem. Sed Deus est &c. E. Major Sole meridiano clarior. Minor pater ex paulò ante disputatis. Prolixius hac de re disputantes vide è multis hos! Smising v. Arriagam §. Svarcz. 1.

Problema II.

An Potentia Passiva in Deo datur? Neg.

Εἰρησμός.

§. Præterquam enim quòd in præcedente Problemate evictum est, Potentiam Activam in Deo dari: inde etiam veritas Problematis constat, quòd Potentia Passiva intrinsecè recipiendo (unde & Receptiva dicta nonnullis) in se formam aliam, mutationi vel in melius, vel in deterius sit obnoxia. Quorum neutrum de Deo est asserendum. Non prius, quia Deus, cum sit infinitæ perfectionis, ulteriorem perfectionem recipere nequit: nec posterius, quoniam imperfectionem aliquam involvit, adeoq; de Deo, Ente illo perfectissimo affirmare impium erit, ut taceam, Deum esse simplicissimæ immutabilitatis. Dixi paulò ante *intrinsecè*, ut removerem receptionem, quæ fit per denominationem saltem extrinsecam, atq; nullam imperfectionem involvit. Unde facile diluitur objectio: Deus colitur, cognoscitur, blasphematur, Ergò in Deo datur potentia Passiva sive Receptiva adorationis, cultûs, &c. Respondemus enim: Deum hæc & similia per extrinsecam saltem denominationem recipere, quæ in Deo nihil transmutat. Conf. Jac. Martini. 2.

Problema III.

An Potentia Infinita & Omnipotentia pro Synonymis habenda? Affirm.

Εἰρησμός.

Negativam sententiam tuetur Smising. l. cò, quod quidam concesserint, Deum pollere potentiâ infinitâ, & tamen negarint illum habere omnipotentiam. Sed ratio hæc tanta non est, ut nos in suam sententiam rapiat, præsertim cum loco cit. Smising. fateatur secundum rei veritatem unum idemq; esse. Deinde

η. l. c. r. 2.
disp. 2. p. 63.
§. Dissp.
Theol. in t.
Them. Tom.
1. disp. 2. p. 42.
seq.
1. Dissp. Met.
tom. 2. p. 106.
seqq.

2. Exercit.
Met. p. 125.

λ. Dissp. Tb.
tom. 1. tract.
3. disp. 7. p.
833. 4.

Deinde à corrupto hujus vel illius judicio ad rei negationem colligere minimè licet. Ut nihil dicam, usum obtinuisse, ut à plerisq; autoribus pro Synonymis habeantur.

Problema IV.

An Deus possit plura alia facere, quàm actu fecit?

Affirm.

Ἐξήγησις.

u. C. 3. v. 2.

§. Svadet id non tantum infinita Dei ac illimitata potentia, quæ sese ad omnia possibilia extendit; sed & divinarum literarum testimonium, quoniam ex. gr. teste Matthæo u. potens est Deus, de lapidibus suscitare filios Abrahami; Quod tamen factum esse non legimus. Huc accedit, quod & nos interdum multa facere possumus, quæ tamen nunquam facimus. Proinde quis non tantam, imò multò majorem potentiam Deo tribuet? Aut enim dicendum, Creatorem Creaturâ suâ in agendo esse impotentiorum: aut asserendum, Deum plura posse facere, quàm fecit. Prius in saniori Philosophia est inauditum. Ergò posteriq; stabit.

Problema V.

An Deus possit plures mundos creare? Affirm.

Ἐξήγησις.

*v. Part. 2^a
princip. phil.*

n. 22.

*ξ. lib. 1. de
Cælo e. 8 & 9.*

*o. Exerc. Met.
l. 2. p. 863. seqq*

§. Multa in contrarium oggannit Renatus des Cartes v. & Aristoteles. ξ. Sed sine fundamento. Ratio Problematis decidendi fuit ex præcedente, præsertim cum nullam in Deo inferat contradictionem, plures existere mundos. Conf. omnino B. Jac. Martini o.

Problema VI.

An Deus possit mundum in æternum conservare? Affirm.

Ἐξήγησις.

§. Sensus Problematis est, Deum posse conservare non solum per concursum aliquem extraordinarium, verum etiam per ordinarium saltem, juxta quem hodie conservat. Pone enim Deum in æternum modo hætenus usitato concurrere velle ad rerum naturas, tum necessariò etiam ponendus erit motus cæli, hujusq; in inferiora influxus perpetuus, atq; hinc resultans

resultans individuorum unius cujusq; speciei in infinitum propagatio.

Problema VII.

An Deus possit, quæ fecit, meliora facere, quàm fecit? Affirm. sub Dist.

Εἰναι.

§. Obserues modò, res factas posse considerari duplici modo, vel quoad essentialia, vel quoad accidentalia. Dicimus Deum ea, quæ fecit, posse meliora facere quod accidentalia, siue ea, quæ ad essentiam nõ spectant; sic potest ex desidio alacrem, ex stulto sapientem, posset etiam hodie cuius perspicaciorem largiri intellectum: minimè tamen potest meliora facere quoad essentialia. Nam *essentia sunt sicut numeri*, juxta Philosophum *o. (subintellige ratione definitionis)* quæ si vel minimum ipsis detrahatur, aut addatur, essentia suæ transiliunt limites, & res non manet eadem, sed fit alia. Sic igitur Deus quoad rationalitatem (quæ homini est de essentia) hominem facere non potest meliorem, aliàs enim aliud prædicatum essentiale adderet, & homo amplius non maneret. Confer Dnum Rudrauff. *π.*

*o libr. 8. Met.
C. 3. text. 10.*

*π. Dissert. de
Po. ent. Dei p.
20. seq.*

Problema IIX.

An Deus possit multa supra & præter naturam facere, & ea, quæ à communi ordine longissimè recedunt? Affirm.

Εἰναι.

§. Quia præterquam, quod non involvat contradictionem ratione Dei: ipso etiam facto non semel ostendit potentissimū illud Numen, quàm minimè sit ad ordinem naturæ alligatus. Hinc legimus, Virginem parere, ignem non urere, Solem non moveri, corpora humana in cineres resoluta aliquando eadem numero reditura. Rectissimè Seneca *p. Natura sepe legibus suis ipsa cedit, quia suo Autori.*

*p. in Hippol. v.
175.*

Problema IX.

An Deus possit facere, ut factum sit infectum, præteritum non præteritum? Neg.

Εἰναι.

σ. Syst. Theol.
tom. 2. p. 487.

v. 1. D. 44.
Φ. lib. 1. Sum.
c. 12.

χ. lib. 26.
Contra Faust
Manich. c. 8.

§. 1. Circa hæc & sequentia Problemata observandum dum denegamus Deo, quædam facere posse, minimè ideò Deum impotentia alicujus esse arguendum, quin imò potentia Dei infinita exinde est colligenda. Nam si Deus ea posset, quæ in hoc & sequentibus Problematis enumerantur, *impotentia, non potentia, imperfectionis, non perfectionis esset argumentum*, ut rectè scribit Dñs. D. Calovius σ.

§. 2. Pro sensu Problematis observandum, in sensu Composito esse capiendum, ut sensus sit; Deum non posse facere, ut factum (quatenus factum) sit infectum, & præteritum (quatenus præteritum) non præteritum. Quod observandum contra Gregor. Arimin. v. & Altifiodorensem φ. Ratio negativæ sententiæ in aperto est. Quia ejusmodi facere posse, contradictionem involvit. Dicis: Potentia divina in se ipsa est æterna, cui nihil transit aut præteritum est. Resp. Distingv. inter potentiam Dei spectatam absolute, sive in se, & relatè, sive quatenus tempus nostrum respicit. Hoc sensu dicimus non posse præteritum (quatenus Deus respicit illud ut præteritum) facere non præteritum. Rectè Augustinus χ. quisquis, ait, ita dicit, si omnipotens est Deus, faciat, ut quæ facta sunt, facta non fuerint, videt hoc se dicere, si omnipotens est, faciat, ut ea, quæ vera sunt, falsa sint.

Problema X.

An Deus possit facere hominem, qui nō sit animal rationale, aut canem, qui non sit animal irrationale? Neg.

ΕΞΗΓΗΣΙΣ. §. Quia implicat esse hominem, & non esse animal rationale, it: esse Canem, & non esse animal irrationale.

Problema XI. *An Deus possit peccare? Neg.*

ΕΞΗΓΗΣΙΣ. §. Quia hoc repugnat infinitæ ejus sanctitati, ad eòq; absolute est impossibile.

Problema XII. *An Deus possit mentiri? Neg.*

ΕΞΗΓΗΣΙΣ. §. Quia repugnat immensæ ejus veracitati.

Problema XIII. *An Deus possit innocentem damnare? Neg.*

ΕΞΗΓΗΣΙΣ. §. Quia hoc repugnat ejus justitiæ.

Probl. XIV. *An Deus possit facere aliud ens infinitum? Neg.*

ΕΞΗΓΗΣΙΣ. §. Per Ens infinitum intelligimus Deum, per Deum autem primum Ens & independens. Pone ergo Deum tale Ens facere posse, tum erit primum, & non primum ens. Erit ens independens & non independens, quod implicat.